



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Ludus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

etiam sua rati habitatione, aut inaduertenter, aut contineant res parui momenti, aut habeantur pro derelictis, aut sint inimici tui, à quo times aliquid mali, aut sis Gubernator tempore belli, nec sit periculum damni magni.

*Nau. c. 18. num. 53. V. Falsarius nu. 2. Lopez p. 2. c. 43.

Aut sint 3 Nau. Lopez l. c. Fum. V. Litteræ 1. & Falsarius num. 4.

Liuellum, vide Emphyteufis.

Locator, vide Conductor.

Ludus, vide Contractus, Debitum.

Minor, Peccatum.

1. **L**udere ludo prohibito, non est peccatū, si fiat moderatè causa recreationis aut alia honesta, cessat enim ratio legis.

*De ludo. Alcocer. Angles in 4. Castro de restit. Garzias de contract. c. 42. 43. Tol. l. 5. c. 27. Lopez de contract. l. 2. l. 21. p. 2. c. 31. & Mol. à d. 510. Abul. in c. Materia. q. 52.

*Vide Mol. d. 521.

2. Ludum funambulonum quidam illicitum dicunt, ob periculum mortis: alij licitum, si adeò periti, vt periculum timendum non sit.

*Vide P. N. l. 2. c. 3. num. 83.

Ob periculum 3 Syl. vers. ars q. 8.

Alij 3 Nau. c. 15. n. 8. Tol. l. 5. c. 6. n. 13.

3 Ludum agitationis taurorum licere, non obstante:

obstante prohibitione Pij V. Nau. putat, *ca. 15. nu. 21.* si sic fiat, vt non sit probabile periculū, quia cessat ratio legis. Ab ea quidem prohibitione Greg. XIII. censuras abstulit positas contra permittentes, & congregantes.

* *Lopez l. c. cap. 32.*

Ab ea *P. N. l. c. n. 330.*

4 Ludi, qui fit cum peccato mortali, spectator non peccat mortaliter, si peccato ipso nō delectetur, nec illi cooperetur, & cessat scādalu. lege *Ant. 3 p. ti. 8. c. 4. §. 12. in fin. Syl. verb. art. 4. 7. Ang. ver. histrio. q. 1. Tabien. Armil. eod.*

* Si spectator sit laicus, secus si Clericus, aut Monachus, *Nau. c. 20. nu. 14. Vide Syl. vers. Ludus nu. 8.*

5 Ludere aleis causa lucri magni, etiam laicis esse mortale Syl. putat: at Nau. solis Clericis, ijsque, etiam si ludo exponant bona patrimonialia.

* *Vide Sot. l. 4. q. 5. art. 2. Lopez l. c. cap. 31.*

At *Nau. c. 20. num. 9. vide Mol. d. 521.*

6 Ludo prohibito acquisitum: non est restituendum, nisi lex impediatur dominij translationem, vt minori: quamquam si hic parū perdat, non est restituendum: non videtur autem plus posse lucrari quam perdere, nisi forte alter, sciens illum non posse perdere, se periculo committat: potest tamen quis, quod perdit cum illo, illud postea lucrari ad compensationem, & si quod ab eo lucratus est, iterum

iterum cum illo perdat, aut nihil aliud tene-
tur. Sunt & qui probabiliter afferunt, ludo ab
eo obtentum, non esse restituendum, de quo
vide MINOR.

* Vide *Couar. in reg. Peccatum p. 2. §. 4. Lopez*
l. c. cap. 33. 34. Syl. Ludus. num. 11.

Compensationem *Nau. c. 20. num. 19.*

7 Inducto ad ludum, vi, aut fraude, aut ni-
mia importunitate, quod perdidit restituen-
dum secundum quosdam; quod alij de im-
portunitate negant.

* *Couar. l. c. num. 7. Angles in 4. p. 2. p. 238. Syl.*
Ludus 11. Nau. l. c. num. 14. Vide D. Th. 2. 2. q. 32.
art. 7. nume. 7. vers. Ludus. Vide Mol. d. 516. Lopez
l. c. 34.

8 Qui valde excedit peritia ludendi, tenetur
restituere id nescienti; secus est si vterque de
altero ignorans, se periculo commisisset.

* *Alcocer, Angles l. c. Vide Lop. c. 35. D. Thom.*
2. 2. q. 32. art. 7. Mol. d. 516.

9 Cum lex concedit repetitionem ludo per-
diri (concedit verò in ludis prohibitis) posse
non solui, & solutum iam, clam accipi putant
quidam cum Adriano, alij negant, saltem il-
lud quod de clam accipiendo dictum est.
Quòd si quis iurasset se non vsurum repeten-
di legis beneficio, potest petere absolutionē
à iuramento, & repetere: si verò solum pro-
misit se soluturum, non tenetur, etsi id qui-
dam negant.

R. 7

* *Angles*

* *Angles l.c. pag. 336. Lopez p. 2. c. 23. vide Mol. d. 5. 15.*

Quidam ζ *Couar. l.c. num. 8.*

Negant ζ *Io. Med. de restit. q. 22.*

Quod ζ *Nav. c. 20. num. 17.*

10 *Histrionum ludi non condemnandi, si modestè agant.*

* *Fum. vers. Histrion. nu. 1. Syl. vers. Ars nu. 6. ex D. Th. 2. 2. q. 169. art. 3. Io. Med. q. 21. de restit. ad 4. si vitetur iniuriæ Dei, & proximi Syl. l.c. Addit. ζ Possunt histriones moderatum lucrû suæ artis quærere ad victum Io. Med. l.c.*

Histriones non possunt promoueri, quia infames, c. maritum 33. d. 4. q. 1. c. 1. neque eis datur Euch. dum perseverant in arte cum p. m. Vide c. pro dilectione de conf. d. 2.

Luxuria, vide Peccatum.

1 **F**ornicatio ex genere suo est peccatum grauius furto: incestus autem grauius adulterio, etsi quidam id negant de incestu extra primum gradum.

2 Incestus dicitur cum cognatis, etiam spiritualibus, per Baptismum, aut Confirmationem, & affinibus. Cognatos verò intellige vsque ad quartum gradum, affines autem nisi sit affinitas ex copula non coniugali, quæ solum extenditur vsque ad secundum. Cum Religionem verò professis aut ordinatis in sacris, aut loco sacro, potius est sacrilegium, ctli